



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ioannis Ioviani Pontani amorum libri II.**

**Pontano, Giovanni Gioviano**

**Venetiis, 1518**

Tumulus Francisci Elij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13534**

TVMVLORVM

A recessisq; Helicon, sitiat liquor Hippocrenes,  
Nec tibi sunt arcus, nec tibi Phæbe coma.  
Clamabat puer infelix, succurrite Musæ,  
Ferte et aquas. o' me Castalis unda iuua,  
Sed nec Castalides ueniunt ad uota vocitæ.  
Nullus Castalio, nullus ab amne liquor.  
Tabescit sensim frater, sua iuræ reliquit  
Natura. O' te te frater amate sequor.  
Quid frustra ad tumulu quereris Tomacelle, Leontas?  
Nec tegit hic tumulus, nec cinis est reliquus.

FRANCISCI AELII. VIATOR  
et Genius colloquuntur.

Quis iacet hoc tumulo? Nullus iacet, hunc sibi uiuus  
Aelius, hanc statuit post sua fata domum.  
Cur interq; herbas, interq; uirentia culta,  
Quia nitet aurata Citria sylua coma? ut Cypria.  
Hanc illi syluam Musæ, hos statuere recessus,  
Quo post umbra suo gaudet in thalamo.  
Quid, q; et Abyssyri spirant de marmore odores?  
Quid, q; et Abyssyrio nardus honore fragrat?  
Illos abyssyrijs Charites de collibus, hanc et  
Detulit Abyssyria gratia ab usq; plaga.  
Hoc illi meritum Musæ post fata rependunt.  
O' scriptor Latia nobilitate lyra.

FRANCISCI PVDERICI  
ex nobilitate Neapolitana.

Quis sibi, quis tumulum uiuus parat, an' ne sepulcro,  
Mortem dum metuit, dum citata fata, canet?